

testatoris arguitur ex persuasionibus factis cum caliditate, ac varijs molestijs, maxime si ille ægrotus erat, quoniam ut dixit Raudensis *decif. 45. n. 2.* ægroti intemptius suasionibus non audent refragari. Afflictis *decif. 69. num. 7.* Harprect. *in addit. ad Clarum, §. testamentum quest. 1. nu. 16.* Castillo *lib. 4. cap. 22. nu. 21. cum seqq.* Bernardus Diaz *regul. 798. limit. 3.* Pechius *de testament. coniug. cap. 3. limitat. 2. n. 4.* Farinacius *vbi supra num. 58.* Cyriacus Niger *tom. 3. controvers. 549. num. 90.*

110 Comprobatur hoc idem ex *l. 1. tit. 19. part. 7. ibi: Como a manera de fuerza es solfacar,* violentiæ enim æquiparatur suasio, & vicem coactionis tenet *l. eum 5. C. de Apostat. l. 1. C. de petit. honor. sublat. lib. 10. ibi: Inpersecunda petentium inhibitione constringimur. cap. fin. de rescriptis in 6. ibi: Quia per ambiciosam importunitatem petentium.* Thomas Sanchez *de Matrimonio lib. 4. disput. 7. nu. 4.* Cabrerros *de metu lib. 1. cap. 8. n. 40.* Atque ita, cum testatoris voluntas libera esse debeat, & leges odio habeant adulationes, suggestiones, & importunitates, quoties testamentum ad interrogatio-

nem alterus factum fuerit, si nimia suasionem uxoris vel coniunctorum testator fuit vexatus, testamentum ad interrogationem invalidum erit, cum non ex consensu, sed ex metu, suasionem, & coactionem fuerit confectum, Parisius *conf. 67. nu. 11.* Ioan. Baptista Plotis *conf. 168. n. 52.* Alexander Raudensis *d. decif. 45. n. 15.* Menochi. *lib. 4. pres. 12. nu. 8.* Castillo *d. cap. 1. n. 133.* Mieres *de Maioratu 1. part. 9. 25. nu. 9.* vbi quod nimia persuasio filij inducentis parentem, ut revocet Maioratum, habetur loco coactionis, & compulsionis. Peralta *in l. si quis in princip. testamenti n. 94 ff. de legat. 3.* Et omnes relati ex *num. 107.* Et hæc est limitatio ad *l. fin. C. si quis aliquem testari prohibuerit, & ad tradita supra cap. anteced. num. 17.*

111 Quarto denique testamentum metu fuisse factum coniecturis, & presumptionibus ostenditur, ut potè difficilis probationibus. Alciarius *de presumptionibus regul. 3. presump. 7.* Menochius *de Arbitrar. casu 116. num. 17.* & *de presumptionibus lib. 3. pres. 136. num. 9.* Mascardus *de probat. lib. tom. 2. conclus. 1056.* Castillo *dict. lib. 3. cap. 1. nu. 68.*

For.

Fontanella *de pactis nuptialibus tom. 2. claus. 7. Glossa 2. part. 5. numer. 39.* Mogollon *de metu cap. 10. §. 3. numer. 10.* Farinacius *de falsitate quest. 161. numer. 19.* Cabrerros *de metu lib. 1. cap. 9. numer. 3.* Noguierol *allegation 29. numer. 14. & 15.* Dominus Larrea *allegat. 25. num. 6.* Pereira *decif. 30. numer. 8.* Hermosilla *in l. 56. tit. 5. part. 5. Glossa 3. ex numer. 20.* semper tamen in dubio pro testamento iudicandum est Flores *de mena lib. 1. variarum quest. 1. num. 53. & 54.*

112 Verum casu quo, hæredem institutum metum, & vim intulisse testatori probetur privandum esse hæreditate ut indignum; certiuris est, *leg. 1. & 2. ff. si quis aliquis aliquem testari prohibuerit, leg. in scriptis, ff. de his que ut indignis leg. Marcell. §. fin. ff. ad Trebellian. leg. Lucius, §. Sempronius, ff. de legatis 1. leg. 27. tit. 1. part. 6.* Sixtinus *de regalibus lib. 2. cap. 10. num. 61. vsque ad 68.* Iulius Clarus *lib. 5. sententiarum §. ultimo questio 83.* Menochius *de Arbitrarijs lib. 2. casu 395. num. 2.* Peregrinus *de iure fisci lib. 2. tit. 6. numer. 8. & 40.* Farinacius *de falsitate questio 161.*

numer. 14. Castillo *dict. lib. 3. cap. 1. & tom. 5. cap. 72.* Fachineus *lib. 9. controversiarum cap. 4.* Cancerus *lib. 1. variarum cap. 6. numer. 13.* Suelues *tomo 2. conf. 2.* Carolus de Tapia *decif. 16.* Cabrerros *de metu lib. 2. cap. 9. numer. 49.* Et si ab intestato successurus erat, & vim intulit defuncto ut non testaretur, tenetur ad duplum, quod valebat hæreditas, quod prestandum est ei, quem testator instituere volebat, & ob vim sibi illatam non instituit, iuxta Glossam *in leg. 1. in principio verb. fisco, ff. si quis aliquem testari prohibuerit,* vbi Doctores, Paulus de Castro *in leg. 1. Cod. eodem.* Et ibi Iason *num. 2.* Plotus *in leg. si quando, Cod. unde vi numer. 725.* Menochius *dict. casu 395. numer. 26. 27. & 28.* Farinacius *numer. 10.* & est communis opinio confirmata *l. 29. tit. 1. part. 6.* vbi Gregorius Lopez.


114 Ex quibus omnibus rectè considerata responderi potest ad omnes ferè casus, qui communiter traduntur à Doctoribus, & defacto accidere solent in materia testamenti facti ad alterius interrogationem. Si tamen hic alicuius resolutio non in-

Z 2

ve-

veniat, vel quia omissus est vel non visus, recurrere debes ad Doctissimum Menochium lib. 4. praf. 8. & seqq. & conf. 45. lib. 1. Flores de Me- na lib. 1. var. quest. 1. Castillo lib. 4. cap. 27. & lib. 5. cap. 73.

Thesaurum lib. 2. question- forens. quest. 99. vbi ad satura- tatem inuenies, late enim, & doctè materia hæc exposita est à prædictis Doctoribus, & ita contentus sum cum dictis.



CAPUT XXII.

DE NUMERO ET QUALITATE TESTIUM ad probandam perfectionem vel imperfectionem voluntatis testantis, & ad probandam voluntatem ex testamento cepto, & non completo ob impedimentum, & in quibus casibus propter necessitatem numerus testium iure requisitus minuat, ut de testamento facto in iure, & in bello, & tempore pestis, & de alijs.

SUMMARIUM.

Perfectio voluntatis testantis probatur duobus testibus quando non dubitatur de dispositione sed tantum de perfectione. 1. Voluntas declaratoria, & inducta testatoris duobus testibus probatur. 2. Etiam si testes rogati non sint. 3. Etiam si testes sint mulieres. 4. Solemnitatis perfectio probatur duobus testibus. 5. Solemnitatis potest esse questio quim sit de voluntate. 6. Qualitas dispositionis duobus te-

sibus probatur. 7. Sana mens testatoris probatur duobus testibus. 8. Lectio testamenti probatur duobus testibus. 9. Animus testandi duobus testibus probatur. 10. Rogatio testium, & notarij duobus testibus probatur, ibidem. Perfectio voluntatis, & dispositio testatoris in casu impedimenti quibus testibus probari possit ut valeat iuxta decisionem l. si quis. 25. ff. de testamentis disputatur. 11.